



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd Roma reuersus Petrus, Aegypti ecclesias pulso Lucio obtinuit, & de
Valentis contra Barbaros expeditione. Cap. XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

SOZOMENI HISTOR.

*Quòd Roma reuersus Petrus, Aegypti ec-
clesias pulso Lucio obtinuit, & de Va-
lenti contra Barbaros expe-
ditione. CAP. XXXIX.*

Concilii Nicæni fautores qui ciuitates incolebant, animis denuò confidere cœperunt, & maximè omnium Alexandrini, qui sunt in Aegypto. Nam Petro tum Roma cum literis Damasi, quæ & decreta concilij Nicæni, & Petri creationem confirmabant, reuerso, ecclesias tradiderunt. Lucius autem inde electus, Constantinopolim nauigauit. Valenti verò, vt est verisimile, cuius implicato vim in istos inferendi otium minimè suppetebat. Nam simul vt venit Constantinopolim, apud populum tum in suspicionem, tum in odium vocatus est. Si quidem Barbari & Thraciam populati, & vsq; ad suburbia progressi, iam ipsa vrbis mœnia, nemine prohibente, oppugnare aggressi sunt. Quibus de rebus ciues grauer animis commoti, imperatori, quòd non restitit hostibus, sed bellù gerere distulit, crimini dabant, dissipabátq; rumorem hostes ab illo ad vrbem deductos fuisse. Tandè verò, cum ludis Circensibus interesse videbát, palà contra eù, vt pote reip. salutè còrènentè, vociferari, & arma postulare cœperunt, vt illi ipsi cù hoste còlligere possent. Itaq; Valens his affectus còtumeliis, ad bellù cum Barbaris faciendù proficiscitur: minatur, si redeat, se populù tū harù contumeliarù causa, tum quòd antè Procopio tyranno se adiunxerant, probè vlturum.

De sancto Isaacio monacho, & eius in Valentem vaticinio, & quòd fugiens Valens, ac in domuncula quadam delitescens, ibidem incendio extinctus animam efflauit.

CAPVT XL.

Egredienti illi ex vrbe Constantinopoli obuiam fit Isaacius monachus, vir cum aliis in rebus spectatus, tum in periculis pro Deo contemnendis egregius, sicque eum affatur: redde, ò imperator, orthodoxis, qui fidè à còcilio Nicæno traditã seruāt, ecclesias, quæ illis abstru-
leris,